



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Mercurius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A atque ferociam per Scarabeum expressere : cujus imaginem annulis insculptam milites gestasse, tradit Alianus, de quo plura apud Plutarchum libro de Iside & Osiride. Erat & signum Romanorum militum, Scarabeus, quo virilem animum præstare se debere admonerentur, neque muliebriter quicquam meditari facere, eaque de causa dictum ab Horatio :

Tyræusq; mares animos in Martia bella Veribus exacuit.

De Arte Poetica. Æn. lib. 11.

CONTRA vero & Phrygas & ἀχαιδᾶς, in effeminationis opprobrium Virgilius & Homerus, uterque suos appellavit : quod nihil sapient masculum, sed muliebri torpore ignaviaque essent.

SOL. CAP. XXI.

Cum vero plures sint Scarabeorum species, trium Ægyptii meminere, quarum unam αἰλεθῆμος Plin. lib. 20. cap. 11. appellatur : quæ scilicet Felis faciem mira refert similitudine, estque radiis quibusdam insignita, eaque de causa Solis hieroglyphicum formam hanc esse voluerunt. Ajunt vero αἰλεθῆς, qui apud Latinos nunc Cati, nunc Felis nomine receptus est, oculorum pupillarumque usum cum Solis cursu, αἰλεπαθεία quadam commutare : quippe quæ & noctu & ingrue matutino tempore vegetiores sunt, & acutius cernunt, ad ortum usque jubaris, inde sensim incipiunt hebetari meridiem versus : atque ita quo magis ad occasum declinat Sol, eo minus obscuriores fieri. Ad hæc Scarabeo digituli sunt univique triginta, totidemque sunt mensis dies, quibus Sol ortu continuo gradatim per singula signa cursum peragit solum.

LUNA. CAP. XXII.

Altera species bicornis est, ideoque ταυροειδῆς appellata, Tauri quippe insignis facie. Hæc Luna subjicitur : propterea quod cælestem Taurum Ægyptii Lunæ exaltationem commentati sunt. Gigni hos ex Vermibus, Aristoteles, qui lignis aridis innascuntur, asserit. Primum enim Vermes ipsi immobiles fiunt, mox disfructo putamine in Scarabeorum genus exit. Caterum Plinius genus hoc cui Tauri cognomen cornicula dedere, terrestre putat, eos idcirco alii terræ Pediculos vocant. Lucanos appellat Nigidius, quibus cornua prælonga, bifulcis dentata forcipibus, in cacumine cum libuit ad morsum coeuntibus, quales infantium remediis ex cervice suspenduntur, eos in Veneta regione Gramphos, quasi Ceramphos, hoc est, bicornes appellamus. Cornicula ea non tantum collo Plin. ibid. Gallice, la grampe. suspensa ad quartanas, quibus id remedium applicat Plinius, verum etiam in frigidiuscula lavatione urinatoribus ad nervorum stuporem, qui plerumque fit in aquis, amuletum creditur : nam & id incommodi vulgo Gramphum vocitamus.

MERCURIUS. CAP. XXIII.

Erat & sua hieroglyphico Mercurii species dedicata ; quippe unicornis, & ab reliquis forma admodum dissimilis. Neque sum nescius, quendam etiam esse parvum admodum Scarabeum frumenta erodentem, qui Cantharis appellatur, oritur is ex erucis fici, piri, & pini : fiunt enim ex his omnibus Vermes : caterum hi postmodum more Muscarum coeunt. Ridelam Metrodorus Sceptius Metrodori Scepti ridicula observatio. observationem ponit, nostro etiam tempore haudquaquam abolitam in frumentis oleribusque ab earum injuria sospitandis, quod in Cappadocia inventum prodit, ob multitudinem Cantharidum, menstruas quippe mulieres ire per media arva, hortosve, retectis (sit verbo venia) supra clunes, vestibus, erucasque ita, ac Vermiculos, Scarabeosque, ac noxia alia decidere. Alibi servatur ut nudis pedibus eant, capillo cinctoque dissoluto, versu eo pronuntiato, Φύλατε καθαρεύετε, λύκε ὕμᾶς διώκε, *Facite Cantharides, Lupus agrestis vos insequitur.* Cavendum vero ne id oriente Sole faciant, fementem enim tunc arefcere proditum est.

LETHALIS A SOLE FEBRIS. CAP. XXIV.

Ad hæc Ægyptii hominem lethali febre extinctum, quam sub dio solares radios, perpetiundo contraxerit, significare si vellent, Scarabeum cæcum effingebant : oculos quippe vel acu, vel alia levi cuspidate transfossam, ita, ut exoculatus omnino videretur. Ajunt enim solares radios Scarabeo inimicos esse, quibus si vehementius impetatur, accidere, ut statim obcoæctur : simulac vero cæcuse effectus fuerit, brevi etiam commori.

VIRTUS ENERVATA DELICIIIS. CAP. XXV.

Atque hic tam egregius bellatorum ductor, tam alienus à mollitie est, ut cum primum venereas rosas olfecerit, emoriatur, quasi virtutem quantumvis masculam illecebris enervari documen-